

ex Observantibus, & tres ex Reformatis in cunctis Congregationibus, & Capitulis Generalibus.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Illi, qui charitas est, & Deus pacis vi- ces, licet immeriti, gerentes in terris ea, quæ ad conservandam inter Religiosos viros individua fraternitatis concordiam provide statuta, & decreta esse noscuntur, ut firmius subsistant, & ferventur exactius apostolici muniminis presidio libenter confirmamus.

Expositio.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ildephonus Salizanes Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis novissime in hac Alma Urbe nostra celebrato quædam Alternativa inter Fratres de Observantia, & Reformatos nuncupatos Familie Cisfontanæ ejusdem Ordinis determinata fuit per Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decretum Capituli Generalis pro alternativa ut in subca.

Cum ad concordiam, fraternamque pacem conservandam inter Observantes, & Reformatos propositum fuerit in pleno Capitulo Generali, ut inter eos fieret Alternativa, scilicet, quod una vice eligatur Commissarius Generalis Cisfontanæ Familie ex Reformatis; Altera vero ex Observantibus: Decrevit idem Capit. Gen. unanimi consensu, utroque Definitorio, & Discretorio annuente, quod ad eandem pacem stabilendam, supradicta Alternativa fieret; hac tamen conditione, ut tres Definitores Provinciales elegantur ex Observantibus, & tres ex Reformatis in cunctis Congregationibus, & Capitulis Generalibus; necnon ad majorem rei firmitatem supplicetur Summo Pontifici pro confirmatione hujusmodi concordati.

Pontifex orationem decretum confirmat.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Ildephonus Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia apostolica confirmationis nostræ roborare communitur summo opere desideret: Nos specialem eidem Ildephonso Ministro Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinsertum in Capitulo Generali hujusmodi factum, ut præfertur, omniaque, & singula in eo contenta auctoritate apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

§.3. Decernentes easdem presentes literas, ac Decretum hujusmodi semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Familie Cisfontanæ hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrarium.

§.5. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsismet presentibus habere- tur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Transumptum fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Augusti 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Dar. die 30. Aug. 1664. An.X.

CDXC.

Confirmatio Decreti Magistri Gen. Ordinis Prædicatorum, quod Collegium Sancti Ludovici Angelopolitan., ad Conventum S. Dominici Mexican., & Provinciam S. Jacobi Ord. hujusmodi pertineat, &c.

Ex Regest. in Secret. Brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad pastoralis dignitatis fastigium, nullo licet meritum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam evecti, circa ea, per quæ exorta inter Christianos quoscumque, & præsertim Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatos dissidia juxta æquitatis, & justitiæ præcepta dirimuntur, ac paci, fraternæque concordie opportune consulitur, propensis studiis intendimus, illisque, ut firmius subsistant, & ferventur exactius, libenter cum a Nobis petitur, Apo-

Proemium.

Apostolici muniminis adjungimus firmitatem.

Supplicatio.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Fernandus de Moroi frater expresse professus, ac Procurator Provincia Sancti Jacobi de Mexico Ordinis Prædicatorum, in Sacra Theologia Magister, quod cum dilectus filius Joannes Baptista de Marinis Magister Generalis dicti Ordinis per quasdam suas patentes literas, die 29. Septembris 1656. emanatas, quæ subinde nempe, die 12. Octobris ejusdem anni a Nobis per nostras in simili forma Brevis literas specificè, totaque illarum inserto tenore confirmatæ fuerunt, Provinciam Sancti Jacobi de Mexico Ordinis præfati in duas, unam quidem Sancti Jacobi de Mexico, & alteram Angelopolitanam respectivè nuncupandas Provincias, assignatis utriusque, seu alteri illarum suis terminis, ac Conventibus, Collegiis, & Vicariis divideret, ac inter cetera Collegium Sancti Ludovici in Civitate Angelopolitan. positum dictæ Provincie Angelopolitan. assignaverit, non advertens dictum Collegium Sancti Ludovici non solum vi suæ foundationis, sed etiam vigore subsequenti contractus ad Conventum S. Dominici Mexican. dictæ Provincie S. Jacobi de Mexico velut membrum eidem Conventui indissolubiter incorporatum pertinuisse, & pertinere; idem Joannes Baptista Magister Generalis postmodum hoc comperto, declaravit nunquam fuisse mentis, aut intentionis suæ derogare juri quæsito præfati Conventus Mexican., quod in dictum S. Ludovici Collegium Angelopolitan. ei competere jam compertum est; Ac supradictas suas patentes literas, quibus Angelopolitanam a Mexicana Provincia determinavit, quoad unicum hoc punctum translationis ejusdem Collegii (ceteris in suo robore permanentibus) revocavit, abolevit, & annullavit, & eatenus revocatas, abollitas, & nullas esse, & fore decrevit; Ipsum vero Collegium S. Ludovici cum omnibus suis pertinentiis, juribus, annexis, & connexis mobilibus, & immobilibus, curæ, regimini, jurisdictioni, ac proprietati memorati Conventus Mexican., & gubernio solius Provincie S. Jacobi præfate privative ad alios quoscumque ipso Joanne Baptista Magistro Generali inferiores Prælatos adjudicavit, ac de hujus Conventus Mexicani mensa esse, fuisse, & manere pronunciavit, nec posse huic invito illud eripi, alienari, aut dismembrari declaravit, edixit, atque statuit, & alias prout uberius continetur in Decreto ipsius Joannis Baptiste Magistri Generalis desuper edito tenoris, qui sequitur, videlicet.

De notom. Magistri Generalis.

Frater Joannes Baptista de Marinis Sacre Theologie Professor Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus ad perennem rei memoriam. Pacem solius justitiæ fructum esse, neque illam sine hac seminari posse graviter admonuit Sanctus Jacobus in sua Catholica cap. 3. Quando igitur datis Anno 1656.

die 29. Septembris literis patentibus novam Prov. Angelopolitan. in occidentis Indiis a veteri S. Jacobi Mexicana solo quietis, pacisque seminandæ studio divisimus, utique justitiæ (a qua totum semen mutuandum noveramus) nec scienter præterivimus, nec intendebamus quoquo modo præterire. Porro meminimus, in prædicta Provinciarum disjunctione novæ Provincie nostræ Angelopolitanæ, tunc inter alia loca, seu regularia domicilia ipsum quoque per Nos attributum fuisse Collegium nostrum S. Ludovici, utpote fundatum, ac situm in Civitate Angelopolitana, neque enim id Nobis poterat non videri justissimum, quando naturam, & speciales clausulas, pacta, circumstantias hujus foundationis neque per somnium exploratas habebamus.

Nunc autem, ex quo noster S. Dominici Convētus Mexicanus missio in Almam hanc Urbem Procuratore ad id specialiter, & rite instructo jus suum quæsitum super dicta fundatione, & Collegio coram officio nostro juridice, modestè que representavit, ac sete in justa illius possessione manuteneri, & inspectis partium momentis, seu rationibus controversiam decidit, factamque translationem aboleri petiit, æquum imo perneccesarium duximus juris experimento præbere locum, ut ex inviolata justitia tutiorem pacem seminemus.

Itaque nuperrime die 5. Julii in pleno collectorum Patrum consilio dicti Procuratoris exhibitum memoriale cum responsis Provincie Angelopolitanæ ad protestationes Mexicanæ, cum Epistola Patris Vicarii Generalis ejusdem Angelopolitanæ Provincie Nobis, totique confessui clare, & distincte perlegi fecimus, ac tandem variis ultro, citroque motis, & ponderatis, nostro, omniumque suffragio decretum, fuit, in re gravissima [ne quid forte præcipitarem] celeberrimum jurisconsultorum maturrima judicia fore exquirenda, ut inde tutius ad definitivam sententiam, auditis peritorum arbitriis procederemus. Delegimus vero ex omnibus Illmos Dominos Nicolaum Severolum, & prosperum Bottinum Sacre Aule Consistorialis Advocatos viros in hoc genere versatissimos, qui demum, audito prolixè totius nostri Ordinis Procuratore Generali, perlectis, discussis, examinatis omnibus, ac singulis pro utraque parte adductis scripturis, expensisque rationum ponderibus ore, ac scripto singulorum manibus seorsim concepto, signatoque Nobis concorditer responderunt, ac deduxerunt, præmemoratum nostrum S. Ludovici Collegium, non solum vi suæ foundationis, & conditionum huic appositarum, verum etiam vigore subsequenti postea contractus onerosi, ac ultro citroque obligatorii liquido jure ad præfatum Sancti Dominici Conventum Mexicanum hætenus pertinuisse, ac pertinere velut membrum eidem indissolubiter incorporatum, non obstantibus quæ in contrarium opponerentur, aut opponi posse videbantur, ne quidem ipsismet literis nostris patenti-

bus initio citatis, quantumcumque Apostolico Breui insertis, & communitis, quae tunc denuo coram Nobis Procuratore Generali Ordinis, & praenominatis Illustriss. Dominis Jureconsultis una cum reliquo scripturarum huc pertinentium instrumento producta, visa, & diligenter scrutinata fuerunt.

His ergo (ut praefertur) sollicite praemissis tandem ad definitivam sententiam Procuratore instante citra comperendi nationem duximus procedendum.

Sententia revocatoria Magistri Ordinis.

Proinde nos, qui supra hac die 26. Julii 1664. in Camera solita nostrae residentiae existentes Christi nomine invocato, solumque Deum, & Justitiam praesentibus oculis habentes praesentium tenore, & nostri officii auctoritate in primis declaramus nunquam fuisse mentem, aut intentionem nostram derogari jure quaesito praefati nostri Conventus Mexican. quod in dictum S. Ludovici Collegium Angelopolitanum ei competere jam compertum est: deinde praememoratas nostras literas patentes, quibus Angelopolitanam a Mexicana Provin. determinavimus, quoad unicum hoc punctum translationis ejusdem Collegii (caeteris in suo robore permanentibus) revocamus, abolimus, annullamus, & eatenus revocatas, abolitas, nullas esse, ac fore decernimus; ipsum vero Collegium S. Ludovici cum omnibus suis pertinentiis, juribus, annexis, mobilibus, & immobilibus cura, regimini, jurisdictioni, ac proprietati Conventus nostri Mexicani, & gubernio solius Provinciae S. Jacobi private ad alios quoscumque Nobis inferiores Praelatos adjudicamus, ac de hujus Conventus Mexicani mensa esse, fuisse, manere pronunciamus, nec posse huic invito illud erigi, alienari, aut dismembrari declaramus, edicimus, atque statuimus; Denique in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae sub formali praeccepto, nec non sub poena majoris excommunicationis, & privatione utriusque vocis, graduum, & officiorum, perpetuae; inhabilitate ad eadem recuperanda universim omnibus nostrae curae subiectis distriktissime prohibemus, ne quisquam clam, aut palam, communi, aut privato, suove, aut alieno nomine per se, vel per alium, directe, aut indirecte, vel quocumque imaginabili modo, pretextu, aut motivo audeat huic nostrae definitivae sententiae refragari, obniti, vel contraire, & quidquid verius eandem in posterum quovis colore, & via gestum, vel tentatum fuerit ex nunc inane, casum, irritumque esse volumus, & declaramus sub eodem formali praeccepto censura, & poenis praecipimus nostrae Provinciae Angelopolitanae Superioribus, quatenus sine dilatione Apostolica, aut exceptione praefatum nostrum S. Ludovici Collegium cum omnibus suis bonis, & attinentiis pacifice, quiete, & fideliter in manus Provinciae nostrae S. Jacobi, & Conventus nostri Mexicani remittant, nec inde quidquam sibi, aut Provinciae suae Angelopolitanae arrogeant, reservent, aut praetendant;

sicque reponimus, & reponere intendimus hunc nostrum Conventum regalem Mexicanum integre in eodem statu, dictiq; Collegii possessione, usu, & gubernio quoad omnia, prout erat antequam Provincia Angelopolitana divideretur a Mexicana. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen. non obstantibus in contrarium quibuscumque.

Actum Romae in Conventu nostro Sanctae Mariae super Minervam anno, mense, die quibus supra.

Fr. Joannes Baptista de Marinis Magister Ordinis.

Fr. Antonius Gornalis Magister, & Secretarius.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, supradictae patentes Literae a Nobis specificae, ut praefertur, confirmatae fuerunt, cupiatque propterea dictus Fernandus Procurator opportune in praemissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri. Nos ipsum Fernandum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac tam earundem patentium dicti Joannis Baptistae Magistri Generalis, quam praefatarum nostrarum super illarum confirmatione emanatarum literarum tenores, & datas etiam veriores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, supplicationibus ejusdem Fernandi nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, praesertim memorati Joannis Baptistae Magistri Generalis Decretum, cum omnibus, & singulis in eo quomodolibet contentis, Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiacimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui de super quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas, & decretum praesertim semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Mexican. & Episcopis Angelopolitan., & Jucatanen., seu dilectis filiis eorum Officialibus per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo,

Pontif. praed. sententiam confirmat.

Decretum insertans.

Executores deputat.

duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dilectorum filiorum Superiorum, & Fratrum Provinciae S. Jacobi, & Conventus Mexican. praefatorum, aliorumve in praemissis interesse habentium, seu alicujus eorum desuper fuerint requisiti, easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum quemlibet praesentium literarum, & in eis contentorum hujusmodi commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper a quocumque quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari; Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Contrariis derogat.

§.4. Non obstantibus praefatis nostris Literis super confirmatione supradictarum patentium Literarum expeditis, aliisque praemissis, ac felic. record. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo aliquis auctoritate praesentium ultra tres dietas in judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Provinciae, Conventus, & Collegii praefatorum, aliisque quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis eandem fides.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsismet praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. die 27. Sept. 1664. An. X.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris, die vigesima septima Septembris 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Unio Monasterii S. Mariae de Sagittario Ordinis Cisterciensis S. Bernardi Anglonen. Dioecesis Congregationi Tusciae Ordinis hujusmodi.

Ex Regest. in Socr. Brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Extordium.

P Aporalis officii Nobis, nullo merito nostrorum suffragio, divinitus commissa ratio postulat, ut religiosos viros Altissimi obsequiis sub suavi Monasticae vitae jugo mancipatos peculiari paternae charitatis benevolentia prosequentes, illorum commodis, & felici regimini, ac in via mandatorum Domini progressui, regularisque observantiae conservationi, & incremento, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere jugiter satagamus.

Motiva talis unionis.

§.1. Cum itaque, (sicut accepimus) Congregatio Sancti Bernardi Italiae Monachorum Ordinis Cisterciensis, quae ex duabus Provinciis Tusciae scilicet, & Lombardiae constat, eximia regularis observantiae laude floreat, eaque de causa omnia dicti Ordinis Monasteria in statu nostro Ecclesiastico, & pleraque in Regno Neapolitano respective consistentia memoratae Provinciae Tusciae auctoritate Apostolica etiam a Nobis unita fuerint, unde divini servitii augmentum, exactiorque disciplina regularis observantia, ac major quies, & tranquillitas Religiosorum ipsorum Monasteriorum consecuta sunt. Hinc est, quod Nos spirituali, temporaliisque Monasterii Sanctae Mariae de Sagittario nuncupat. Ordinis praefati Anglonen. Dioecesis, quod (ut pariter accepimus) unicum in Provincia Basilicatae dicti Regni, & tum ob Monachorum multitudinem, tum ob regularis disciplinae vigorem conspicuum existit, ac dudum a felic. recordat. Urbano Papa VIII. Praedecessore nostro per quasdam suas desuper expeditas Literas Provinciae Calabriae dicti Ordinis unitum fuit, utilitati pariformiter prospectum esse cupientes, necnon dictarum Urbani Praedecessoris Literarum tenorem, & etiam specialem, & individuum mentionem, & expressionem requirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolice potestatis plenitudine praefatum Monasterium Sanctae Mariae de Sagittario a dicta Provincia Calabriae tenore praesentium perpetuo separamus, & dismembramus, ipsumque Monasterium cum omnibus, & singulis ejus personis, ac bonis ejus mensae Conventualis Congregationi Sancti Bernardi, & Provinciae Tusciae praefatis itidem perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus: ea tamen lege, ut idem Monasterium debitam annuam taxam contributionum dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Abbati Generali d. Ordinis

Decretum irritans.

dimis solvere teneatur, electio vero Abbatum Claustralis ipsius Monasterii, quæ a dilectis filiis Præsidente, & Definitoribus supradictæ Provinciæ Calabriae fieri solebat de cetero a dilectis pariter filiis Præsidente, & Definitoribus memoratæ Congregationis Sancti Bernardi pro tempore existentibus de personis Monachorum Nationalium ejusdem Monasterii, si ibidem idonei fuerint, fieri debeat.

§.2. Decernentes easdem præsentibus Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore, spectabit inuolabiliter, & inconcussè observari, neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controversiam revocari, seu ad terminos juris reduci, vel adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet, quacumque præeminentiâ, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.3. Non obstantibus præfatis Urbani Prædecessoris Literis, aliisque præmissis, ac quatenus opus sit de non tollendo jure quæsito, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon Ordinis, & Congregationis, ac Monasterii, & Provincia-rum hujusmodi, aliisque quibuslibet, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, etiam Ordini, & Congregationi, ac Monasterio, & Provinciis præfatis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium præmissorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione

de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die prima Octobris 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Dat. die 1.
Oct. 1664.
An. X.

CDXCII.

Constitutio determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monialium, earumque Confessoribus ingredi septa Monasterii, & prope illud commorari.

Monialium Monasteria quibus casibus earum Prælati ingredi possint, sancit Gregorius XIII. Const. Dec. Tom. 4. Par. 3. fol. 244. Monialium numerus in Monasteriis exemptis, cum interventu Superiorum, ab Ordinariis stabilendus Gregor. XIII. Constit. Ubi. ut supra fol. 288. Monialium Confessores, etiam exempti, approbandi sunt ab Episcopo Greg. XV. Const. 50. Tom. 5. Par. 5. fol. 1.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

FELICI SACRARUM VIRGINUM STATUI, quæ contemptis illecebris sæculi, Divinis se obsequiis manciparunt, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere volentes: Motu nostro proprio, non ad alicujus instantiam, sed ex nostra mera deliberatione, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, de voto tamen nonnullorum Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curia Prælatorum, quibus negotium sedulo, ac mature examinandum commissimus.

Proœmium.

§.1. Præsentibus perpetuo valituris sancimus, ut in posterum intra fines Italiae, & Insularum adjacètiæ Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, & quibuscumque aliis Superioribus Regularibus, quibus alioquin cura, & regimen Monasteriorum Sanctimonialium quovis modo incumbit, intra septa eorundem Monasteriorum nullatenus ingredi liceat, nisi ex causa Visitacionis localis, & hoc semel tantum in anno, ita ut in eo anno, in quo unus ex memora-

Superior semel tantum, in anno ingredi potest Monasterium in Visitacione.

Extra Visitacionem cum facultate Ordinarii.

moratis Superioribus visitaverit, alius Superior a Visitacione hujusmodi se omnino abtineat.

Superior per seipsum visitet cum unico Socio.

Generalis Ordinarius cum duobus Sociis.

Visitatori assistant quatuor Moniales.

Confessorius non ingrediatur absq. necessitate.

Confessorii pernoctare debet in proprio Conventu.

§.2. Quod si ob Clausuram, quæ a Sancta Tridentina Synodo, etiam in Monasteriis exemptis curæ, & vigilantia Episcopi in primis committitur, aut ob aliam urgentem, ac necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi septa Monasterii, tunc non aliter ingrediatur, quam cum presentia Episcopi Diocesani, vel alterius personæ ecclesiasticæ secularis boni exempli, ac maturæ ætatis ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputatæ.

§.3. Visitet autem Superior Regularis interiorum clausuram per seipsum, non autem per alium, etiam si fuerit legitime impeditus, quo casu differatur visitatio in aliud tempus, quo cessaverit impedimentum, & visitationem celeriter, & unica die, debita tamen cum diligentia absolvat, nec ante ortum Solis eam incipiat, nec post occasum protrahat, neque ipse Visitator, neque ejus Socii ullam sumant in Monasterio refectionem. Porro si visitet Generalis, possit secum habere duos Socios sui Ordinis, si alius a Generali unum tantum, exclusis omnibus aliis, etiam ratione officii. Qui quidem Socii assumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu Visitacionis a Visitatore nunquam separentur, sed eum aspiciere, & ab ipso aspici semper possint.

§.4. Ac præterea Visitatori assistant quatuor Moniales ex Senioribus Monasterii, quæ similiter visitacione durante nunquam separentur a Visitatore, & Sociis. Reliquæ vero Moniales, & quæcumque alia Mulieres, & puellæ seculares in Monasterio degentes, nisi legitimo detineantur impedimento, conveniant omnes in Choro antequam Visitator ingrediatur interiorum Clausuram, & in eo permaneant durante Visitacione, & quousque idem Visitator cum Sociis e Monasterio exierit. Ideoque curet Visitator, ut tempestive admoneatur Abbatissa, seu Monasterii Præfata de præstituta die, & hora Visitacionis. Visitatio vero personalis fiat ad Crates, & omnino extra Clausuram Monasterii, & per ipsum Superiorem dumtaxat, ut supra dictum est de Visitacione interiorum Clausuræ.

§.5. Ad hæc Confessor Sanctimonialium, tam ordinarius, quam extraordinarius minime ingrediatur septa Monasterii, nisi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ-Uncionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus, necnon ad commendandam animam Agonizantium, nec unquam ingrediatur, nisi cum Socio, qui sit probate vitæ, & maturæ ætatis, semperque maneat in ea parte Monasterii, qua Confessorem videre, & ab ipso videri semper possit.

§.6. Insuper districte præcipimus memoratis Superioribus Regularibus, ut infra terminum duorum mensium a publicatione

Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

ne præsentis Constitutionis computandorum revocent ad Claustra Confessores, eorumque Socios, Coactionatores, & alios quoscumque Regulares apud Monasteria Sanctimonialium, vel assidue, vel ad tempus quocumque titulo pernoctare solitos; Neve permittant eosdem, seu alios Regulares, intra, seu prope septa Monasteriorum hujusmodi habitare, vel commorari, quin etiam infra eundem terminum quascumque Cellas, Mansiones, seu Cubicula prope Monasteria prædicta ad usum memoratorum Regularium existentia, si Clausuræ Monasteriorum earum. Monialium contigua sint, eidem Clausuræ includi, vel dirui omnino faciant; si vero sint extra septa, vendi, pretiumque in Monasterii utilitatem converti; nec in posterum alia similia aptari, edificari, aut emi permittant. Quod si infra dictum terminum Superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleverint, teneatur Ordinarius loci tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus illa adimplere, & omnino exequi, etiam invocato, si opus fuerit, brachii secularis auxilio.

§.7. Veruntamen si Monasterium Sanctimonialium sit extra Mœnia Urbis, vel Oppidi, & Monasterium Regularium Virorum, quibus Moniales sunt subjectæ, sit intra dicta Mœnia, vel è converso, habeantur, vel conducantur, si commodè fieri possit, mansiones ad usum Confessoris quæ non sint conjunctæ, seu contigua ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo penitus distinctæ, non solum per parietes, sed etiam per tecta: si autem utrumque Monasterium sit intra Mœnia, & unum ab altero Episcopi iudicio multum distans, tunc habeantur, vel conducantur hujusmodi mansiones, ut supra distinctæ, & separatæ a Monasterio Monialium distantia ab ipso Episcopo recognoscenda, & approbata; ita tamen ut in mansionibus Confessoris, sive intra, sive extra Mœnia constitutis, excepto ipso Confessore cum suo Socio alii Regulares, etiam si Superiores sint, minime pernoctent.

Quando autem non teneantur pernoctare in Conventu.

§.8. Si quis vero prædictorum Regularium aliquid contra præsentium tenorem facere, vel moliri præsumpserit, aut adimplere neglexerit, ipso facto pœnam excommunicationis, & privationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ absque alia declaratione incurrat. Et nilominus nullis privilegiis, & exemptionibus tueri se possit, quominus ab Episcopo loci, tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat.

Pœne contra inobedientes.

§.9. Decernentes easdem præsentibus, etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & ceteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consentiant, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu in-

Decretum irritans.

tionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, ac substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quævis alia servanda, & adimplenda servata, & adimpleta non fuerint, aut ex aliquo alio capite quocumque a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultantem, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, nihil ullibi apparet, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, & impetrato quempiam uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse, neque easdem præsentibus sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Contrariis derogat.

§.10. Non obstantibus, quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo jure quæsito, aliisque Cancellariæ Apostolicæ regulis, cæterisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis Generalibus editis, etiam specialiter in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cujusvis alterius Instituti, & Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, & Locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis, & in Mari Magno, seu Bulla Aurea, aut aliter

nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & personarum quarumcumque Ecclesiastica, vel seculari dignitate fulgentium instantiam, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus, & formis specialis, individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quævis exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.11. Volumus autem, ut præsentibus literæ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe publicentur, & assignantur, quæ postquam affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arciant, & afficiant, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: Atque earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, præcepti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum in Arce Gandulphi Diocesis Albanensis, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto, tertio decimo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno X.

CDXCIII.

Erectio Ecclesiæ Reginohradecen. in Regno Bohemiæ.

Transumptum fides.

Dat. die 10. Oct. 1664. An.X.

Ex Regest. in Secr. Ecclie.

ALE-

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Super universas Orbis Ecclesias eo disponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, quantum cumque sine nostris meritis constituti levantes in circuitu agri Dominici oculos nostræ mentis more pervigilis Pastoris inspecturi, quid Provinciarum, & locorum quorumlibet statui congruat, quidve desuper hoc præsertim tempore, quo humani Generis hostis omni conatu ad ipsarum animarum perniciem, & fidei Catholicæ eversionem incumbit, disponi debeat, divino fultu præsidio, dignum quin potius debitum arbitramur in irriguo militantis Ecclesiæ agro novas Episcopales Sedes, & Ecclesias plantare, præcipue dum Catholicam Religionem propagari exoptantium Regum, ac pia Prælatorum signanter Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, quos in partem sollicitudinis apostolicæ evocavit Altissimus, vota id exposcunt, ut per hujusmodi novas plantationes popularis augeatur devotio, divinus cultus floreat, & animarum salus subsequatur, ac humiliora loca dignioribus Ecclesiis illustrentur, & condignis favoribus attollantur, illorumque Incolæ, & personæ Venerabilium Præsulum assistentia, regimine, & doctrina suffulti proficiant semper in fide, & quod in temporalibus sunt adepti non careant in spiritualibus incremento.

§.1. Sane alias gloriose memorandus Romanorum, & Bohemiæ Rex in Imperatorem electus, cum ad sedandos Bellorum tumultus, qui Regnorum Bohemiæ tunc concutebant, in quasdam pacis conditiones consensisset, per quas multa illius Regni bona ecclesiastica ante, & inter bellicas tempestates per seculares occupata, ipsis Occupatoribus rata remanebant, nec reddebantur, quæ erant Dei Deo, mox hujus permitti, seu commissi poenitens, ac sua, & avita pietatis memor ad damna; quæ per eam pacificationem res Ecclesiarum illius Regni capiebant, utcumque reparanda, pensionem annuam perpetuam, quidecim millium aureorum ex Vestigali Salis ejusdem Regni quotannis percipiendam constituit, & assignavit, ratam habente fel. rec. Urbano Papa VIII. Prædecessore nostro ea quidem gratia, ut quandocumque ex dicta annua pensione sub administratione Sacræ Congregationis S. R. E. Cardinalium rebus Propagandæ Fidei præpositorum tanta excrevisset pecuniarum summa, quæ unius Ecclesiæ Episcopalis doti in eodem Regno erigendæ satis esse videretur tunc a Diocesi Pragen. in immensum diffusa pars aliqua avelleretur, & in loco, seu Oppido partis avulse nova Sedes Episcopalis opportune erigeretur, idque dicta pensione annuatim redeunte, & post aliquot iterum annos ad notabilem summam au-

Ferdinandus Imper pensionem annuam super Vestigali Salis assignavit pro erectione desiarum in Regno Bohemia.

ta pluries fieret, donec quatuor omnino Sedes Episcopales novæ in illis partibus sic dotata, & erecta forent, qui casus cum sub initium Pontificatus nostri accidisset, Nos modis, & rationibus, quibus supra in prædicto Regno Ecclesiam Litomericensem apostolica auctoritate ereximus, & dotavimus, illique Episcopum præfecimus, & Pastorem, prout in nostris desuper confectis literis plenius continetur.

Ecclesiæ Reginohradecen. erigitur.

§.2. Cum autem nuper Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales rebus Propagandæ Fidei hujusmodi præpositi ad Nos retulerint tantam pecuniarum vim ex dicta pensione annua iterum esse conflatam, quæ doti alterius Ecclesiæ ibidem erigendæ fere sufficiat, considerantes etiam Oppidum Reginohradecen. in dicta Diocesi Pragen. prope confluenta Amnium Aquilæ, & Albis cum foro duplici situm satis esse amplum, & insigne, quippe quod in longitudinem patet ad quadringentos, in latitudine vero ad trecentos circiter passus, quodque valde commendant ipsa antiquitas, aeris salubritas, fertilitas soli, Incolarumque numerus, & pietas, & quod caput est Fidei ibidem Propagandæ opportunitas, & porro in eodemmet Oppido etiam adest Ecclesiæ Parochialis, quæ Archidiaconalis dicitur Spiritui Sancto dicata structura non inventa, fonte baptismali decorata, in qua Parochus, & aliquos Cappellani animarum curæ, & salutis, sacrisque operari solent, ac proinde eadem Congregatio censuit dictum Oppidum cum toto ejus districtu, & prædictam Parochialem a dicta Diocesi Pragen. posse avelli, & dismembrari, idemque Oppidum in Civitatem, & ejus districtum in Diocesim, ac prædictam Parochialem Ecclesiam in Cathedralium Reginohradecem nuncupandam ad majorem Dei gloriam, & Religionis Orthodoxæ propagationem erigi, & institui, & præsertim, quod in ejusdem Ecclesiæ dotem Dominium de Chraft nuncupat. octoginta octo Florenorum Bohemicorum millibus ex dicta pensione in summam collectis illis in partibus sit emptum, & quod Charissimus in Christo filius noster Leopoldus Ignatius in Imperatorem electus, cujus temporali dominio idem Oppidum, & districtus paret, in supplementum dictæ dotis alia Florenorum similibus triginta millia de sua liberalitate donata ad suprascriptam adjecerit, ex quibus pro Episcopi habitatione domus valde commoda, aliaque opportuna coempta sunt. Nos qui Congregationis hujusmodi sententiam approbavimus, & ad ulteriora in dicta erectione procedi iussimus, volentes tandem hoc bonum, & pium opus executioni demandare, eique manum imponere supremam, habita igitur super his cum prædictis, & aliis S. R. E. Cardinalibus Venerabilibus Fratribus nostris matura deliberatione, de illorum consilio, & assensu, ac apostolicæ potestatis plenitudine juxta Decretum eorumdem S. R. E. Cardinalium rebusque de Propaganda Fide præpositorum factum accedentibus ad hæc omnia-

non

non modo expressis assensibus, sed etiam precibus sapienter interpositis cum Venerabilibus Fratribus nostris Ernesti tituli Sanctae Praxedis S. R. E. Presbyteri Cardinalis Harrach nuncupati Ecclesiae Praegen. ex dispensatione apostolica Praefulis, tum dicti Leopoldi Ignatii Regis tenore praesentium dictum Oppidum Reginohradecen., & eius districtum, & dictam Parochialem Ecclesiam ab ipsa Dioecesi Praegen. perpetuo dismembramus, & separamus, idemque Oppidum in Civitatem, & eius Districtum in Dioecesim, dictamque ejus Parochialem Ecclesiam in Cathedrali Reginohradecen. nuncupant. cum Capitulo sex Canonico- rum, cum Clero, Populo, & Vassallis, cumque aliis privilegiis, & praerogativis aliis Cathedralibus Ecclesiis hujusmodi concedi solitis auctoritate, & tenore praedictis erigimus, & institimus, atque in ejusdem Cathedralis dotem, ejusque Mensae Episcopalis supradictum Dominium de Chrat sic, ut praefertur, emptum, & alia Florenorum Bohemicorum triginta millia a dicto Leopoldo Ignatio Rege in supplementum dictae dotis liberaliter donata applicamus, adscribimus, & assignamus. futurisque deinceps dictae Ecclesiae Praegen. legitimis Praefulis ius Metropolitanicum in praedictam Ecclesiam Reginohradecen. futuram praedictae Ecclesiae Praegen. suffraganeam, ac praedicto Leopoldo Ignatio Regi, aliisque venturis Bohemiae Regibus, ipso tamen, & ipsis in puritate fidei Orthodoxae, & sincera erga Romanum Pontificem pro tempore existentem, & Sedem Apostolicam devotione obedientia, atque observantia persistentibus privilegiis nominandi, & Rom. Pont. pro tempore existenti personam idoneam ad d. Ecclesiam Reginohradecen., quandocumque illam etiam ab hac prima ejus institutione vacare contigerit auctoritate, & tenore praemissis concedimus, & impertimur.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Nulli ergo omnino hominum liceat hac paginam nostrae approbationis, iussu, voluntatis, dismembrationis, separationis, erectionis, institutionis, approbationis, adscriptionis, assignationis, concessionis, & impartitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto, quarto Idus Novembris, Pont. nostri Anno X.

CDXCIV.

Decernit, & statuit quod deinceps in Indiarum partibus Priores Parochorum, Ordinis Praedicatorum, non ab ipsismet

Parochis, sed a singularum Provincialium Provincialibus per vota secreta duodecim ad minus canonicè eligantur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiae regimini per ineffabilem Divinae Bonitatis abundantiam nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, praesidentes, in eam praecipue sollicitudinem propensis studiis incumbimus, ut fidelibus Populis cura Pastoralis non desit. Sed ejusmodi cura per operarios idoneos salubri, assiduaque sedulitate exerceatur, quo horrea Domini uberiori messe, aspirante superni favoris auxilio, magis, magisque, in dies locupletentur.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Praedicatorum, quod in vastis Indiarum partibus varia sparsim illarum gentium ad Fidem Catholicam conversarum Parochiae, quas quidem illic usitatori vocabulo Doctrinas, & Vicarias appellant, a Religiosis dicti Ordinis ex Indulto Sedis Apostolicae administrantur. His autem Religiosis Parochis, seu Vicariis de more per singulos districtus [praefectura ad summum biennii, vel triennii] respective praestitit unus ex ipsorum numero Prior vocem in Capitulo Provinciali habens, quem statutis temporibus ipsi canonicè eligunt, & ad ejusmodi capitularem electionem celebrandam procul a suis residentibus in certum aliquem locum solent evocari.

§.2. Porro cum juxta Constitutiones Ordinis praedicti Electoribus Priorum integer mensis debeat a notitia vacantis officii, ut intra hunc terminum congregentur, deliberent, & eligant, nimis frequenter contingit hosce Parochos, seu Vicarios eo titulo, & longissime, & diu abesse a suis Doctrinis, seu Ecclesiis, dum plerique foris transigunt totum hunc mensem electionis, imo, & menses, si forte contingat primam electionem a Priore Provinciali ob iustas causas non confirmari, quo casu alius denuo, aliusque mensis iisdem Vocalibus debetur.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, haec longa, & crebra Parochorum absentia, praecipue in illis Regionibus fideli plebi, & praesertim moribundis debito interea Sacramentorum Ecclesiae ministerio destitutis plurimum noceat. Nobis propterea memoratus Magister Generalis humiliter supplicari fecit, ut de opportuno in praemissis remedio providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis ejusdem Magistris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus

Suffraganeam tamen Ecclesiam Praegen. & ad coordinatio nem Bohemicae Regis.

Clausula sublatæ.

Decretum irritans.

Dat. 4. Idus Nov. 1664. An.X.

Exordium.

Motiva.

CDXCV.

Confirmatio statuti super Commissariis Visitatoribus Provincialium Bethicæ, & Legionen. Tertii Ordinis S. Francisci in Capitulo Generali editi.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provincialium Bethicæ, & Legionensis Tertii Ordinis Sancti Francisci quod alias videlicet die 30. Maii proxime praeteriti in Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de observantia nuncupatorum factum fuit pro praefatis Provinciis Bethica, & Legionensi statutum tenoris, qui sequitur videlicet.

Statuitur, & ordinatur, quod Commissarii Visitatores tertii Ordinis de cetero non possint assumi de Observantia, sed quod assumi debeant de ipso tertio Ordine, ita quod pro Visitatione in qualibet Provincia tertii Ordinis debito tempore peragenda designet Reverendissimus Virum aliquem, qui sit ejusdem professionis, & instituti, alterius tamen Provinciae, talem quidem qualem statuta generalia decernunt. Casu tamen quo non inveniretur Visitator idoneus in tertio Ordine, poterit assumi & ex primo, & ex vicinioribus Provinciis.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes statutum hujusmodi, quo firmiter subsistat, & servetur exactius Apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communiti summopere desideret: Nos speciale ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, & attentis narratis, praesertim statutum auctoritate apostolica tenore praesentium benigne approbamus, & confirmamus, eique apostolicae auctoritatis robur adiciamus, & illud in posterum servari mandamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii

quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati.

Confirmat prout in Rubrica.

§.4. Quod deinceps in praedictis Indiarum partibus tales Fratrum dicti Ordinis Parochorum Priores, seu Vicarii, non ab ipsismet Parochis, sed a singularum Provincialium Provincialibus in graviore eorumdem Conventu per vota secreta decisa duodecim ad minus antiquorum Fratrum, si extra Capitulum Provinciale fuerit, rite, & canonicè eligantur si vero durante Definitorio a Provinciali, & Definitoribus eodem modo eligantur. Quodque Priores Parochorum ad id muneris assumi nequeant, nisi revera sit calleant proprium idioma plebis, cui tanquam Priores, seu Vicarii praeficiantur, & quod iidem suo populo continue assistant, itaut neque Capitulum Provinciale adire, neque alias unquam a sua Parochiali residentia ultra spatium trium leucarum elongare se possint, nisi relicto ibidem idoneo substituto illius idiomatis bene gnaro, auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus statuimus, & ordinamus.

Decretum irritans.

§.5. Decernentes pariter easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§.7. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. die 8. Nov. 1664. An.X.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die octava Novembris 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Expositio.

Statutum Capituli Gener. Pontifici confirmat.

Decretum irritans.